


**JURIS PUBLICE  
ECCLESIASTICI  
PARS GENERALIS,  
DE  
ECCLESIA CHRISTIANA;  
POTESTATISQUE SACRÆ  
CUM CIVILI NEXU.**


**O P E R A  
GEORGII SIGISMUNDI  
LACKICS,**

*J. C. Et in Regia Tyrnaviensi Universitate  
Juris Ecclesiastici Professoris Publici.*



**V E N E T I I S,**

Apud Franciscum ex Nicolao Pezzana.



**MDCCLXXI.**

**CUM APPROBATIONE, AC PRIVILEGIO.**

SYNOPSIS  
DOCTRINÆ

SECTIO PRIMA.

De Ecclesia Christiana, ejusque regiminē.

CAPUT PRIMUM.

De Ecclesia Christiana, ejusque nexu.

- §. I. **R**atio hujus instituti. Pag. 1  
§. II. Ecclesia Christiana est societas religionis  
colendæ causa. 3  
§. III. Non jam in primordiis humani generis; 5  
§. IV. Sed a Christo instituta, & per *Aposto-*  
*los propagata.* 8  
§. V. Quod sine ulla probabili ratione negavit  
*Boehmerus* fatente ipso *Mosheimio.* 10  
§. VI. *Finis* hujus societatis non est præsentis,  
sed futuræ vitæ æterna beatitas. 12  
§. VII. *Unio* vero duplex, *interna* una, altera  
*externa.* 16  
§. VIII. Quarum posterior maxime unam effi-  
cit, & visibilem Ecclesiam, unitate  
primum *Fidei.* 18  
§. IX. Deinde *Charitatis* Christianorum pro-  
pria. 19  
§. X. Quæ involvit unitatem *capitis* non tan-  
tum in singulis cœtibus Christiano-  
rum: 20  
§. XI. Quod fatetur *Dodwellus*; sed etiam  
in Ecclesia universali. 23



# JURIS PUBLICI ECCLESIASTICI

PARS GENERALIS.

SECTIO PRIMA.

DE ECCLESIA CHRISTIANA,  
EJUSQUE REGIMINE.

CAPUT PRIMUM.

De Ecclesia Christiana, ejusque nexu.

§. I.

*Ratio hujus instituti.*

**Q**UÆ tamquam præcognita disciplinæ sacrae in ipsis institutionum initiis tractanda esse doctiores præcipiunt, ea parte quidem, dilucide tamen, nisi fallor, & pro instituto nostro satis explicite exposita sunt. Restat, ut ad ipsum jam totius doctrinæ systema ea, qua cœpimus, ratione explicandum progrediamur. Sed ad hoc ipsum doctrinæ istius systema recte, ac scienter intelligendum

*Jur. Publ. Eccl. P. G.*

A

quan-